Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



31

forte hinc rursus quispiam moueatur · cum matheus dixerit ideo
timuisse ioseph cũ puero redeunte ire in iudeam · quia ppatre suo
herode archelaus filius eius ibi regnabat · quomodo potuit ire in galylea ·
ubi alius filius eius herodes tetrarcha erat · sicut lucas testatur · Quasi
iam ipsa sint tempora quibus tunc puer ire timebatur · que nec lucas commo
rauit · que usque adeo mutata erant · ut in ipsa iudea iam non rex
esset archelaus · sed pontius pilatus · qui non rex iudeorum sed preses erat ·
cui temporibus agendis sub tyberio cesare filij maioris herodis non
regnum habebant sed tetrarchiam · Quod utique nondum factum
erat · quando ioseph timens archelaum in iudea regnantem
se in galylea cum puero intulit · ubi & ciuitas eius erat nazareth ·
An forte & hoc mouet · quomodo dicat matheus ppterea cum
puero ihu parentes eius isse in galyleam · quia metu archelay
in iudeam ire noluerunt · cum ppterea magis isse in galyleam
iudeantur · quia ciuitas eorum erat nazareth galylee · sicut lucas non tacuit ·
Sed intelligendum est ubi angelus insomnis in egypto dixit ad
ioseph · surge & accipe puerum & matrem eius & uade
in terram israel · sic intelligere lectum esse primo a ioseph · ut putaret
iussum se pgere in iudeam · ipsa enim primum intelligi potuit
terra israel · Porro autem postea quam comperit illic regnare filium
herodis archelaum · noluit obicere se illi piculo · cum posset terra
israel sic intelligi ut galylea illic deputaretur · quia & ipsam ppls
israel incolebat · Quamquam & alio modo solui possit hec questio ·
quia potuit uideri parentibus xpi · cum puero de quo talia per
angelica responsa cognouerant non esse habitandum in iherlm
ubi erat templum domini · & ppterea redeuntes ex egypto illuc
eos ituros fuisse & illic habitaturos · nisi archelay presentia
terreremur · Heq; enim diuinitus iubebamur ibi habitare ·
ut de archelao quod timebant deberent contempnere ·